

Folium. **XLIII.**Celi enarrant **Psalmus. lxiij.**

Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eius annuntiat fir-
mamentum. **D**ies diei eructat verbum:
et nox nocti indicat scientiam. **N**on
sunt loquela neque sermones: quorum
non audiantur voces eorum. **I**n omnem
terram exiit sonus eorum: et in fines
orbis terre verba eorum. **I**n sole posuit
tabernaculum suum: et ipse tanquam spon-
sus procedens de thalamo suo. **E**t ful-
savit ut gigas ad currendam viam: a
summo celo egressio eius. **E**t occursum
eius usque ad summum eius: nec est qui
se abscondat a calore eius. **L**ex domini
immaculata convertens animas: testi-
monium domini fidele. sapientiam pre-
stans parvulis. **I**usticie domini recte
letificantes corda: preceptum domini
lucidum illuminans oculos. **T**imor
domini sanctus permanens in seculum scilicet:
iudicia domini vera iustificata in semet